

ESERCIZIO 1 ► FUNZIONI DI UT

Traduci le seguenti frasi, prestando attenzione alle diverse funzioni di *ut*.

- 1 *Titus Pomponius Atticus sic Graece loquebatur, ut Athenis natus videretur.* (Nep.) 2 *Ut ab urbe discessi, nullum praetermisi diem quin litteras ad te scriberem.* (Cic.) 3 *Orandum est ut sit mens sana in corpore sano.* (Iuv.) 4 *Pomponius Atticus patre usus est indulgenti et, ut erant tempora, diti.* (Nep.) 5 *Tantum abest ut probem sententiam tuam, ut etiam impugnandam censeo.* (Cic.) 6 *Calenus, legionibus equitibusque Brundisii in naves impositis, ut erat praeceptum a Caesare, naves solvit.* (Caes.) 7 *Diu apparandum bellum, ut vincas celerius.* (Publ. Syr.) 8 *Ut Romae vixerint, longum est dicere mihi.* (Sall.) 9 *Pro uno rege duo consules hac causa creati sunt, ut, si unus malus esse voluisset, alter eum, habens potestatem similem, coerceret.* (Eutr.) 10 *Ut non efficias quod vis, tamen mors ut malum non sit efficias.* (Cic.) 11 *Si haec enuntiatio vera non est, sequitur ut falsa sit.* (Cic.) 12 *Quis nostrum animo tam agresti et duro fuit, ut Roscii morte non commoveretur?* (Cic.) 13 *Quae tamen, ut ego absim, confici possunt.* (Cic.) 14 *Messānam ut quisque nostrum venerat, haec visere solebat.* (Cic.) 15 *Urbem Romam, ut ego accepi, condidere et habuere Troiani.* (Sall.)

ESERCIZIO 2 ► FUNZIONI DI CUM

Traduci le seguenti frasi, prestando attenzione alle diverse funzioni di *cum*.

- 1 *Cum omnium rerum simulatio vitiosa est, tum amicitiae repugnat maxime.* (Cic.) 2 *Gubernatores, cum exsultantes loligines (= «calamari») vident aut delphinos se in portum conicientes, tempestatem significari putant.* (Cic.) 3 *Cupèrem vultum videre tuum, cum haec legères.* (Cic.) 4 *Cum silices depereant aevo (= «con il passare del tempo»), carmina morte carent.* (Ov.) 5 *Hercules, infans cum esset, dracones duo duabus manibus necavit, quos Iuno miserat.* (Hyg.) 6 *Cum sis mortalis, quae sint mortalia cura.* (Cato) 7 *Regina Scytharum Tamyris, cum prohibere Persas transitu Oāxis flumen posset, transire permisit.* (Iust.) 8 *Dies triginta in navi fui, cum interea semper mortem exspectabam.* (Ter.) 9 *Quidam, cum litteras nesciant, tamen inter eruditos versari gaudent.* (Plaut.) 10 *Ante id tempus nemo aut miles aut eques a Caesare ad Pompeium transierat, cum paene cotidie a Pompeio ad Caesarem perfugerent.* (Caes.) 11 *Pyrrhus, cum Argos oppidum oppugnaret in Peloponneso, lapide ictus interiit.* (Nep.) 12 *Piso navem conscendit, cum intèrim milites domum, in qua istum esse arbitrabantur, obsidere coeperunt.* (Cic.) 13 *Quae cum ita essent, tamen Caesar usque eo tenuit, quoad a Cn. Pompeio legati ad eum venerunt.* (Cic.) 14 *Archias poeta, cum esset cum M. Lucullo in Siciliam profectus et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heraclëam.* (Cic.)

ESERCIZIO 3 ► FUNZIONI DI QUOD

Traduci le seguenti frasi, prestando attenzione alle diverse funzioni di *quod*.

- 1 *Erat mirandum quod is condemnatus est.* (Cic.) 2 *Id esse optimum putemus, quod erit rectissimum.* (Cic.) 3 *Fecisti mihi pergratum quod Serapionis (= «Serapione») librum ad me misisti.* (Cic.) 4 *Non ego te, quod sciam, umquam ante hunc diem vidi.* (Plaut.) 5 *Percommode factum est quod de morte et de dolore disputatum est.* (Cic.) 6 *Nil (= nihil) habet infelix paupertas durius in se / quam quod ridiculos homines facit.* (Iuv.) 7 *Quid est, Catilina, quod tu iam in hac urbe maneas, in qua nemo est qui te non metuat, nemo qui non odèrit?* (Cic.) 8 *Quod minus ingenio possum, subsidium mihi diligentiam comparavi.* (Cic.) 9 *Bene facis quod non dubitas.* (Cic.) 10 *Bonum quod est, honestum est.* (Cic.) 11 *Quid est quod me impediatur ea, quae mihi probabilia videantur, sequi?* (Cic.) 12 *Scipio quebatur quod omnibus in rebus homines diligentiores essent quam in amicitia.* (Cic.) 13 *Quod ad me attinet, extemplo hinc domum abire in animo est.* (Liv.) 14 *Caesar, infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiendis mobiles et novis rebus plerumque student, nihil his committendum existimavit.* (Caes.) 15 *Huc accessit quod pars equitatus Usipètum se trans Rhenum in fines Sigambrorum recepèrat.* (Caes.)



Versioni

VERSIONE 1 Bisogna affrontare il dolore con coraggio

Cicerone ritiene che il dolore sia più sopportabile se lo si affronta e sopporta con coraggio: anzi, utilizzando un paragone militare, afferma che coloro che resistono al dolore, ne escono molto spesso vincitori.

Costrutti
notevoli:

■ funzioni di ut

Ut fit in proelio, ut ignavus miles ac timidus, simul ac vidērit hostem, abiecto scuto, fugiat quantum possit, ob eamque causam pereat, sic qui doloris speciem ferre non possunt, abiciunt se atque afflicti et exanimati iacent; qui autem restiterunt, discedunt saepissime victores. Sunt enim quaedam similitudines animi cum corpore. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis¹ opprīmunt, simillime animus intentione sua² depellit pressum pondērum³, remissione autem sic urgetur ut se nequeat extollere. Et, si verum quaerimus, in omnibus officiis persequendis est adhibenda animi contentio; ea sola est officii tamquam custodia. Sed hoc idem in dolore maxime est providendum, ne quid timide, ne quid ignave, ne quid serviliter muliebriterque faciamus.

(Cicerone)

1. Sott. corporibus. 2. Intentione sua, «con la sua tensione». 3. Pressum (sost. da pressus, us) pondērum, «il peso del dolore».

VERSIONE 2 Cesare si prepara a passare in Germania

Venuto a sapere che la tribù germanica dei Suebi sta raccogliendo rinforzi per affrontare i Romani, Cesare decide di attaccarli, ma prima vuole assicurarsi della fedeltà degli Ubi, un'altra tribù germanica che gli si era precedentemente arresa e che egli sospettava avesse aiutato i Trèviri ribelli.

Costrutti
notevoli:

■ funzioni di ut
e quod

Ubi, quod antea obsides Caesari dedērant atque in deditioem venērant, purgandi sui causā ad eum legatos mittunt, qui doceant neque ex sua civitate auxilia in Trevēros missa (esse) neque a se fidem laesam. Petunt atque orant ut sibi parcat ne, communi odio Germanorum, innocentes pro nocentibus poenas pendant: si amplius obsīdum velit dari, se daturos pollicentur. Caesar, cognita causa, reppērīt auxilia Trevēris a Suebis non ab Ubiis missa esse; Ubiorum satisfactionem accīpīt, aditus viasque in Suebos perquirīt. Intērim paucis post diebus fit ab Ubiis certior Suebos omnes in unum locum copias cogere atque iis nationibus, quae sub eorum sint imperio, denunciare ut auxilia peditatus equitatusque mittant. His cognitis rebus, rem frumentariam provīdet, castris idoneum locum delīgit. Ubiis imperat ut crebros exploratores in Suebos mittant quidque apud eos geratur cognoscant. Ubi, ut est praeceptum a Caesare, faciunt et, paucis diebus intermissis, refērunt.

(Cesare)

VERSIONE 3 Vita di Cambise, re dei Persiani

Cambise, figlio di Ciro, fondatore del regno di Persia, dopo averne ereditato il regno, fece uccidere, ammonito da un sogno, il fratello Smerdi. Successivamente in Egitto, di ritorno da un'infelice spedizione in Etiopia, uccise il bue Api, sacro agli Egiziani. Poiché in seguito, mentre un usurpatore tentava di impadronirsi del regno, morì a causa di una ferita infertasi con la spada con cui aveva ucciso il bue Api, la sua morte fu considerata una punizione del dio.

Costrutti
notevoli:

■ funzioni di
cum e quod

Cyrus, rex Persarum primus, duos filios reliquit, Cambysen¹ et Smerden¹. Cambyses, defuncto patre, regnavit, cum maior esset. Qui, cum in somnio vidisset fratrem in solio sedentem et regnantem, occidendum eum curavit. Deinde, cum ab Aethiopia revertēret, ubi cum suis copiis victus erat, et in Aegyptum venisset incolasque eius loci laetantes vidisset, ratus illos adversis suis rebus² insultare, bovem Apim in femine vulneravit eodemque ictu eum occidit. Intērim magus³ quidam nomine Smerdes, abūtens nomine et similitudine occisi Smerdis, professus se



Cyri filium esse, regnum invasērat. Quod cum Cambysi nuntiatum est, is regrēdi in patriam maturans, oblitus est gladium, quo Apim interfecērat, vaginae reddere⁴. Quod cum conaretur efficēre, femē suum vulneravit. Ex quo vulnere intra paucos dies obiit. De cuius morte cum certior nuntius ad Persas pervenisset, septem ex nobilissimis Persarum, coniuratione facta, Smerden occidērunt et regno Cyri potiti sunt.

(Ampelio)

1. Accusativo con desinenza greca. **2.** *Adversis ... rebus*: propriamente «per le sue disgrazie», ma meglio si dirà «per la sua sconfitta» con riferimento a quella subita in Etiopia. **3.** *Magus*, «sacerdote»; i sacerdoti persiani erano infatti detti magi. **4.** *Vaginae reddere*, «riporre nel fodero» (lett. «rendere al fodero»).